



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Marcella Vidua. 31. Ian.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

31. Ian. VITÆ SANCTORUM. 73  
ad suas nuptias in eremum evolavit, ca-  
stroque flammeo ab Armando Episcopo  
(quem magno pōst coruscum splendore  
cælo inter Cælites vidi subire) involuta  
est. Cæterum quo die nova nupta do-  
tem suam, vel in templo vel pauperes  
dispertivit, etiam has nuptias proba-  
turum, Numen aquam bibenti in vi-  
num vertit. Sed illa, ut pulchriorem se  
sponso suo probaret, multis precibus  
carcinoma, velut formæ pigmentum,  
a cælo extorsit. Ultimū ægra cum ē  
manu D. Petri manna gustasset, nausea-  
vit abhinc omne, humanos cibos. Eò  
igitur à Cælitibus adventantibus, & in-  
ter hos augustissima cæli REGINA deducta  
est, ubi illis delitiis quotidiè frueretur.

*Ex Surio & Lippeloo.*

Expergiscere ô homo & dignitatem tuæ  
cognosce naturæ; recordare te factum ad  
Imaginem Dei; utere quomodo utendum  
est visilibus creaturis, & quidquid in  
eis pulchrum & mirabile est, refer ad lau-  
dem & gloriam Conditoris. S. Leo serm. 7.  
de Nat.

S. MARCELLA VIDUA. 31. Ian.

C Horum in Januario claudat mulier,  
sed quæ virtute vitæque constantia  
certare & invidiam facere viris possit  
quamque sanctior Roma profanæ il-  
li unicam contra omnes Heroides

E 5

pos-

74 VITÆ SANCTORUM. 31.  
possit opponere. MARCELLA est Ro  
mani sanguinis, & patricini matrona  
eodem anno, quo nupta, etiam vidua  
exhorruit deinceps tam mortalibus nu  
bere. Nec tamen mater non fuit. Cen  
filios multos numeravit, quamvis pau  
peres. In hos prodiga ex auro, & fol  
tunis omnibus unum sibi reliquum an  
nulum fecit. Domo pedem aut num  
quam, aut in templum extulit. Religio  
vitæ viam suo in sexu princeps prævi  
Romanus; tam illustre exemplum innu  
merâ exinde multitudine sequente. Por  
rò precibus assiduè vacabat; visititu  
batur modesto admodum; corpus per  
quād duriter habebat, tota in divinis  
commentandis. Irrumpentem, qui Ro  
main obfederat, hostem, imperterrita  
domo suâ accepit, verberaque ac flagra  
Spartanâ tulit nobilitate, id unum solli  
cita, quâ virginis Principiæ, quam secum  
habebat, pudori consuleret. Is ubi extra  
periculum jam stetit, lubens ac volens, i  
mò lœta à militibus ad D. Pauli abducione  
passa est. Ibi paucos post dies mortem,  
quam cæteroquin viri etiam horrent, fe  
mina risu excepit. Ex S. Hier.

*Quando te à lectione rerum spiritualium  
abhorre videris, admonitionesque spiri  
tuales fastidire, tum animam tuam in gra  
uem morbum incidissenoveris. B. Ephrem  
t. I. con. de vita spirituali.*

S. IG-